Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41388
Copyright: Melk, Benediktinerstift

25.

natale
na beati Germanici martyris qui sub maxi
miano aut sub Marco Antonino
et Lucio Aurelio per gratiam virtutis dei
metum corporee fragilitatis exclu
dens sponte preparatam sibi bestiam pro
vocavit. Cuius dentibus comminutus vero
pani domino ihesu christo pro ipso moriens
meruit incorporari. Apud Spoletum
sancti Pontiani martyris temporibus Antonini
imperatoris. Qui iudex vehementissime
pro christi virginis cesum iussit super carbo
nes nudis pedibus ambulare. A quibus
nil lesus eculeo et uncinis ferreis
iussus est suspendi et sic in carcere trudi
ubi angelica visitatione meruit conso
lari. postque plumbo perfusus tandem gla
dio percussus est. In pago Dortasino
sancti Laymomari abbatis. 13 kl's febru
Rome natali | 20 Ian. R. F.
beati Fabiani martyris et pape. Qui
cum xiiii annis rexisset ecclesiam martyrium
est passus tempore Decii imperatoris. Et ma